Florentissimae Reipublicae
Brugensis
Elogium.

Millies felix generosa Brūga!
Necte iam claro capiti coronam.
Omne pascentem pecus, et pyropis
Dulce ridentem: nec enim vel alta
Memphis, aut Didus Cecropisve sedes
Notior Brūga est, date serta, sceptra
Ferte Reginae Cybeleia turba:
Iam per Eoum, Boream et Austrum
claret, et nota est super Herculanas
Brūga columnas.
Brūga sanctorū genitrix Catonū,
Christiana Sparta, magistra morū,
Docta, iusta, casta benigna Brūga.
Fascium coeli, metuensque virgae
Consiliis summae, cui propius ala
Fulminis diri tonitrusque rauci
Magna vox servit: tremis tune timesque